10.B/13-004

Illustris et Clarissime Domine!

Recepi elenchum plantarum illarum dalmatica-
rum, quas studii causâ e herbario meo
commodari optasti. Spero me plurimas
illarum Tibi pro certo tempore cedere
posse. Hodie scribo domum, ut quas
unus amanuensium meorum, sci-
entiâ botanicâ vix ac ne vix qui-
dem tinctus, ductu numerorum Cata-
logi, quem prae manibus habeo,
invenire potuerit, horsum submit-
tat, ad te subin expediendas.

Id unum Te oro, ut, quas lu-
benter, imo gratulabundus exhibeo,
capto usu mihi reddere velis.

Caetera pretiosis favoribus devotus singulari cum aestimio persevero

Pestini, in Hungaria, 3/7. 1869.

Illustritatis Tuae

humillimus servus
Ludovicus Haynald
Aeppus Colocensis.